

PUBLIKACJA ŹRÓDEŁ HISTORYCZNYCH

Archiwum, Biblioteka
i Muzea Kościelne. T. 34 1977

RELACJE O STANIE DIECEZJI TARNOWSKIEJ Z LAT 1791—1863

WYDAŁ KS. BOLESŁAW KUMOR

(Dok.)

§ 8. Caput octavum. De populi moribus

Nr 1. Mores populi cura mea pastorali commissi diversissimi observantur. Multi christiana pietati fervide student, atque bonis operibus incumbunt. Multi contra, proh dolor, dormiunt et languent, eorum etiam ex numero, qui ob generis ortum, educationis et munieris beneficium multitudini praelucere deberent optimo exemplo. Hos ego non verebar hortari, rogare, corriger, nec absque successu, quod recentissimis imperatoris Francisci praescriptis maxime tribuendum est. Nondum omnimode reparata res est bella inter continua non nihil collapsa. Spero tamen fore, ut successive salutarem metam attingamus. Iam nunc dies dominici et festi suum in locis plerisque habent honorem et templa modestos Dei adoratores. Suus matrimonii sanctitatis reddit honor, tunc turpiter vilipensus, quando in vicina Polonia viguit codex civilis Napoleonis.

[k. 8'] Nec dies abstinentiae et ieunii iure suo iam non spoliatur. Qui contra religionem catholicam divinum officium, sacerdotum et sceptrum regum antehac impudenter debachabantur, obmutuerunt. Haec de primoribus.

Populum, quod attinet, religiosorem humilioremque, abstinentiorem et obedientiorem vix quisquam videre se posse opinabitur, quam qui his in oris moratur. Divinis libenter officiis interest a mane saepe usque ad vesperas, sacramenta frequentat fervide, quoties se ei offert occasio, utinam debito semper cum ordine ac moderamine pio. Feriis sextis et sabbato strictissimo ieunio plerique se macerant, maxime vero Quadragesimali Tempore, in vigiliis et Quatuor Temporibus non raro tota die nihil, nisi siccis tantum cibis utuntur, vel aqua solum vel pane vivunt: a lacteciniis abstinent una omnes, nonnisi lini duro oleo utentes. Continentiae leges violantur quidam, sed respectu tantae multitudinis in uno eodemque tugurio commorantis, non ita frequenter. Praecepta Domini quaecunque ad scientiam salutis spectant, libenter discunt, si accedere ob locorum distantiam ecclesiam et scholas adire non possunt, unus ab altero. Quae olim in hac regione rerum divinarum ignorantia obtinuisse dicitur, magnam partem. Deo propitio, disparuit, quod item

exiguum est Austriaci regiminis de Poloniae populis meritum iam diu contentantis, ut presbyteri excolantur in studiis, praesertim theologicis cum domi, tum Viennae et ut pro pueritia schola erigantur et ludi magistri formentur idonei.

Haec cum libenti animo referam ad bonorum omnium, imprimis vero ad Tuum solarium, Beatissime Pater Patrum, fidelium caput et Summe Pastor. Reticere tamen nolim esse duo vitia turpiter populum, cetera bonum, corruptientia. Unum quidem in dies magis magisque sedula sacerdotum instructione [k. 9] eradicator, scilicet iracundia, quae damna varia v.g. ignem admoverunt, tectis eorum a quibus se offensos aut multatos opinabantur; alterum autem flagitium apud rusticos nedum viros, sed et feminas deprehenditur, foeda cracula. Mali radix primaria haeret in vini cremati haustu amore nimio, quem fovere accendereque non desinunt Iudei, quorum magna copia has regiones occupans, tota quanta in eo est, ut vulgi genio indulgeat, perniciosum potum miris propinet artibus, persuadeatque sine modo, quamvis lege publica prohibeatur, ne quis Iudeorum in tabernis resideat. Esset profecto populus iste integrior multo, fidelior, laboriosior, sobrietati studiosior ac si non undique istius gentis captiosa turma cingeretur, sicuti iam dudum observatum est a maioribus pietatem christianam aegre sustineri, ubi Iudei cum fidelibus mixti abundant numero comercio, affabilitate, consilio.

§ 9. Caput ultimum pertinens ad postulata episcoporum

Longa docuit experientia omnem privatorum conatum, ut sincerrimum Ecclesiae leges, consuetudines ac instituta reformati ceu pro temporis necessitatibus, uti opinatur, instaurandi, adaptandi, fausto ac salutari eventu haud unquam gavisum fuisse. Ab uno totius Ecclesiae capite procedat necesse est, quod omnium utilitati et saluti inserviat, ab una Petri suprema sede scaturiat, quod in una fide omnes confirmet, nutritaque uno devotionis ore. Haec certe sufficientissima ratio fuit, cur S. Tridentina Synodus statueret, quod multis antea iam saeculis a R.R. P.P.¹⁷ praecriptum est, ut libri lithurgici et rituales, breviaria, missalia etc. a nemine cuiusque ordinis et dignitatis esset, immutarentur contractione, additione vel omissione. Quae cum ita sint, probari non possunt eorum ausus [k. 9'], qui proprio motu v.g. breviarium aut missale imprimendum curarunt, a missali et breviario Romano diversum, etsi huic multis in rebus praecellere videatur. Liceat vero qua par est humilitate et reverentia plurimorum desiderium et opinionem ad sanctissima Petri limina deponere, ut breviarium pro cleri diversa conditione, destinetur diversum. Unum pro illis, qui cura animarum aut leviori, aut nulla tenentur, circa collegias ecclesias vel in monasteriis degentes; alterum pro his, quibus gravissimum onus incumbit diebus potissimum dominicis et festis amplas dirigendi parochias, vel docendi res difficiles, tamdiu saltim, quamdiu arduum ipsis est litterarum studium. Contigit profecto in Germaniae et Poloniae partibus, ut paucissimi sacerdotes dominicis diebus tam multiplices, tam onerosas occupationes praedicatione divini verbi, in excipiendis confessionibus fidelium, in catechisandis rudibus, in providendis aegrotantibus habeant, ut vix non succumbant. Preces ad Deum effundere sacerdos quilibet debet, et qui boni sunt solunt. Hinc multi fratres aram inter et saxa haerent, cupiunt v.g. in dominicis Quadragesimae etc. breviarium recitare, at impediti usque ad vesperas,

¹⁷ R.R.P.P. — Romani Pontifices.

fessi labore duarum horarum pensum ordiuntur. Quo animo? Dispensatne pia Mater Ecclesia a parte potiori, aut omnino operarios tota die in vinea Domini desudantes? Moralistarum sive casuistarum opiniones hac in re variant, varium in variis est dictamen conscientiae. Regula Sanctae Sedis Apostolicae clara et expressa et lumen affunderet, et solatum praeberit fluctuantibus. Dispensationes sicuti certe hoc in negotio sunt vulnera legis.

Timeo ego, ne iugum oppido grave fervidos animos deprimat, alios taedio adsiciat, mox vero laxioris conscientiae tepides omnino ac frigidos [k. 10] faciat, excusantes excusationes in peccatis. Timeo et vehementer quidem timeo, ne salus ea propter periclitetur et recitatio saluberrima breviarima, vel ex parte, vel ex integro negligatur a multis.

Optandae quoque essent ad obstruenda ora loquentium iniqua nunnulla correctiones in nova Romani Breviarii editione, quae utique maioris momenti non sunt et argumenti essentiam minime tangunt. Pia selecio, acta sincera Sanctorum per festa eorum continuata, sacrae Scripturae et sanctorum Patrum excerpta magis magisque instruunt, erigent et confirmabunt in fide, spe et charitate ora ministros et animarum pastores.

Salus ex Iudeis ex Roma est. Nunquam ad universalis Ecclesiae utilitatem faciet, ut nitide adornatum, quod non a divi Petri cathedra commendatur ac proponitur

Haec itaque sunt, quae intra quadriennium in dioecesi recens erecta et curae meae concredita referenda habui, quave omnigena humilitate et reverentia summa ad Sanctae Apostolicae Sedis iudicium et trutinam, quemadmodum omnia mea alia scripta, dicta et acta depono. Nihil omnino consultum, ratumque censeo, quam quod Ecclesiae Catholicae suffragio comprobatum est. Catholicam autem Ecclesiam Romanam esse, cum S. Ambrosio confidenter assero et celebro, dum vixero. Tarnoviae in Galicia nonis Decembris 1826. Gregorius Thomas Ziegler, episcopus haud ita pridem Tyniecensis, nunc vero Tarnoviensis¹⁸.

Nr 10

Biskup Ziegler do papieża Leona XII.

Tarnów, 13 XII 1826

Biskup Ziegler, przesyłając pap. Leonowi XII relację o stanie diecezji tarnowskiej, informuje papieża o przebiegu jubileuszu powszechnego w diecezji i prosi o udzielenie mu uprawnień pięcioletnich.

Or. Archiwum S. Congreg. Concilii, Rzym. Relationes dioecesum. Tarnoviensis 1826. k. 1—3, papier.

Sanctissime Pater. Annus iam quartus elapsus est, ex quo post gratiosam, mihique prorsus insperatam Augustissimi Imperatoris nostri Francisci I nominationem¹ ex Dei et Apostolicae Sedis gratia Tyniecensis dioecesis gubernaculum in me suscepi. Mei officii igitur est iuxta R.R. P.P. Sixti quinti et Benedicti XIII constitutiones², prout tenetur Galliae, Germaniae et Poloniae episcopi, de

¹⁸ Grzegorz Tomasz Ziegler biskup tarnowski (1826—1827), uprzednio tyniecki (1821—1826), następnie lincki (1827—1854).

¹ Ces. Franciszek II (1792—1805, względnie I (1805—1835).

² Uwagi na temat wymienionych konstytucji papieskich zob. w dok. nr 9 przyp. 1.

toto meo pastorali munere [k. 1'] nec non de cunctis rebus ad statum ecclesiae meae, item ad cleri et populi mihi concredi disciplinam et animarum salutem quovis modo spectantibus, rationem reddere. Quod in annexis paginis humilissimis, qua par est obedientia conabar praestitisse.

Primo tamen omnium ingenui confiteor, simulque veniam demissime rogo, tribus me mensibus serius manum operi adiplicuisse. Instabant plane iubilaei apud nos a cal. Junii usque ad ultimos dies Novembris anni currentis celebrati, labores vix non immensi, queis quum in plerisque huius amplissimae dioeceseos partibus et locis coram esse voluisse, sacerdotes verbis hortatum fideles vero saltim exemplo aedificatum; ita demum viribus fractus sum. ut diu ab omni scribendi genere prohiberer.

Liceat mihi Beatissime Pater de anni sancti uberrimis fructibus [k. 2] non pauca memorare. Primo quidem in omnibus simul ecclesiis ex suggestu apostolicas Tuas litteras divina inter officia magna cum celebritate paelegendas. mox lingua vernacula impressas, distribuendas curavi, addito exiguitatis meae pastorali epistolio ad clerum dioecesanum, cuius exemplar aliquid ad Beatitudinis Tuae pedes reverenter depono. De indulgentiarum divina origine, speciebus, utilitate, imprimis de indulgentiae plenissimae, qualis illa iubilaei est, praestantia et conditionibus, germanico et polonico idiomate tractatum, exaravi prolixorem, et nisi me vehementer fallat humana fragilitas, invictis demonstratum argumentis ac plurimis exemplis dilucidatum ad abstruenda ora loquentium iniqua. Accedebant cathecheses [k. 2'] et libri precatorii ad populi captum compositi, ne desint volentibus et currentibus instrumenta capessendae, firmandaeque imposterum pietatis. Thesaurum meritorum Jesu Christi D.N., Beatae Mariae Virginis. Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli atque Omnium Sanctorum inexhaustum, ceu communionem Sanctorum cum Sanctissimo Salvatore, fidelium ecclesiae catholicae cum capite suo invisibili aequa ac visibili delineavi, celebravi, commendavi ad plurimorum solatium.

Fervabant animi, alterum alter accendit, templa iam non capere poterant advolantium turmas. Facile paevidebam tam paucos respective sacerdotes, tantae multitudini absolvendae, quantam Tyneesis nunc vero Tarnoviensis dioecesis complectitur (vix non decies centena millia fidelium) haud sufficere posse; initis consiliis, in qualibet [k. 3] propterea ecclesia pro locorum exigentiis per tres continuas septimanas tot sacerdotes ex vicinia paeesto esse iubeam, quot necessariis videbantur ad plebem mane et vespere instruendam et ad excipendas singulorum confessiones, libertate nemini adempta, quo luberet die et templo intra sex mensium spatium sacramenti percipiendi, peragendique ea. quae a Sancte Sede paecripta fuerunt. Ubique locorum sacramentum confirmationis simul dispensatum est.

Supplicationibus ceu processionibus publicis, ter ubique celebratis, omnis ordinis, conditionis et aetatis homines se iungebant, pricipes, comites, nobiles, imprimis militiae caesareo-regiae et civilium officiorum una cum suis supremi praefecti, plebs plane innumerabilis, summa cuncti cum modestia et pietate non fucata. O laetissimam messem mirabili plurimorum conversione, reconciliatione mentium, restitutione rei alienae ac laessae famae, positio animarum livore, messem inquam pulcherrime accrescentem. Fracta cernimus ferrea pectora [k. 3'], piam aemulationem maiorum instaurandi fervorem iuvenes inter et senes, abundantissima vidimus sexum apud utrumque S. Spiritus dona. Laudetur Jesus Christus, qui hosce consolationis dies sanctae suaे sponsae Ecclesiae catholicae reservavit, dies salutis, tempus acceptabile. Gratias Tibi quoque agi-

mus Beatissime Pater. Cui omne id gēnus fructus in acceptis referimus. Superi Te longaevum in terris faciant atque de fidei christianaē propagatione, pace ac gloria plurimum gaudere.

His denique, qua par est reverentia summa humillimam subicio petitionem pro iis denuo facultatibus obtinendis, quibus ad quinquennium ab Apostolica Sede ornari solent episcopi confirmati, qui Sanctissimi Domini Nostri annum et pedes osculans in sancta obedientia numquam non perennabro. Beatitudinis Tuae obsequentiissimus filius Gregorius Thomas Ziegler episcopus Tarnoviensis³. Tarnoviae 13 Decembris 1826.

Nr 11

Kongregacja Soboru do biskupa Zieglera.

Rzym, 28 VIII 1833

Kongregacja Soboru w odpowiedzi na relację o stanie diecezji tarnowskiej, złożoną przez biskupa Zieglera, podkreśla pozytywny charakter obchodów jubileuszowych w diecezji, stałą rezydencję biskupa, jego gorliwość duszpasterską w administrowaniu sakramentu bierzmowania, sprowadzenie jezuitów do diecezji (Tyniec). Równocześnie Kongregacja poleca biskupowi zorganizowanie kapituły katedralnej, chóru i mszy konwentalnej w katedrze tarnowskiej, nadanie kapitule konstytucji i statutów, utworzenie liczniejszych, nowych parafii, odprawienie synodu diecezjalnego. Upomina też biskupa, by skasował zwyczaj spowiedzi „turbatim” jako nadużycia, przedłużał rekolekcje przed święceniami do 10 dni, zorganizował pełne seminarium duchowne.

Or. nie znany.

Konec. Archiwum S. Congreg. Concilii, Rzym. Relationes dioecesum: Tarnoviensis 1826, k. 1—4, papier.

Gregorio Thome episcopo Tarnoviensi¹ — —. Amplissime Domine. Exactam diligentissime ad normam instructionis Benedictinae relationem² commissae Amplitudini Tuae dioecesis Tarnoviensis, datam Nobis decembris anni 1826, eamdemque tum singularis in Sacram Romanam Sedem reverentiae ac fidei praesignem indiciis, tum argumentis refertam animi studiique pastoralis, libentissime perlegit S. Congregatio Sanctionum Tridentinarum Interpres ac Vindex. Summo ei guadio fuerunt praesertim, quae significas de curis tuis, ut creditus Tibi populus fructum ex solemni jubilaeo quam uberrimum caperet, eius rei litterae pastorales, quas ad eum rite praeparandum edidisti, testes sunt luculentissimae. Item gratissima acciderunt, quae de ratione refers procurationis Tuae, nominatim vero quod assiduus adfueris dioecesi, gregem Tuum [k. 1'] per loca disista et accessu difficilia sedulo lustraveris, ordinationes ipse per Te habueris, sacramentum confirmationis immensae multitudini administraveris, pietatis opera institueris, foveris, provexeris; per Te ipsum, quantum licuit, obieris verbi ministerium. Lutheranos in gremium reduxeris Ecclesiae catholicae, baptizmo ablueris Judaeos, in desertam Tinesii ecclesiam³ induxeris saluberrimam religiosam familiam Societatis Jesu, aedes ad sedem stabilem episcoporum comparaveris.

³ Grzegorz Tomasz Ziegler, zob. dok. nr 9 przyp. 18.

¹ Grzegorz Tomasz Ziegler, zob. dok. nr 9 przyp. 18.

² Instrukcja benedyktyńska odnosząca się do relacji o stanie diecezji, zob. dok. nr 9 przyp. 1.

³ Jezuici w Tynku w klasztorze benedyktyńskim, zob. dok. nr 9 przyp. 11.

Quo igitur maiorem affert fiduciam tot rebus in bonum gestis ovium Tuarum sadulitas pastoralis Amplitudinis Tuæ, eo liberius nonnulla Tibi significanda putant Patres Eminentissimi, quae studiose pro munere officii sui inquirendo animadvertebunt, minime dubitantes [k. 2], quin studium suum eiusdem tui gregis utilitatum aequi bonique facturus sis.

Completem iam sperant numerum canoniconum, qui si adhuc sex tantummodo sint, etiam atque etiam videas velint, ut augentur. Ceterum etsi nondum locus in promptu sit, ubi canonici simul habent, tamen non satis esse censem Eminentissimi Patres eos horas canonicas recitare privatim, et sacrum facere, Teque ac duos ex illis saepe pro benefactoribus applicare, sed oportere ut quovis modo ad divinum officium persolvendum, atque ad missam conventualem quotidie pro benefactoribus calebrandam convenient. Item quod ad eos pertinet, illa etiam volunt studio commendata Amplitudine Tuæ, ut constitutiones componantur, quas Tibi examinandas [k. 2'] et confirmandas propanantur, utque praebendas theologalem et paenitentiariam constituant cures, quibus de rebus quid sit agendum sancitum est a Concilio Tridentino.

Parochiae quoque pauciores visae sunt, quam ut incolarum numero satis esse possint, eoque enitendum, ut, si fieri queat, novae aliquae erigantur.

Iterum instando apud Religiosissimum Imperatorem⁴, quod ut agas summopere hortantur, subsidium Te impetraturum confidunt valetudinariis restituendis.

Synodus dioecesanam, quam nuquam satis commendatam episcopis putant, non dubitant Te cum primum res tempusque sinant, esse habiturum, interea gaudent, intelligentes tanto studio eius Te supplere vicem committi.

[k. 3] Ignoravi passim, ut iudicas a rudioribus etiam praecipua christianaæ professionis elementa, grave quidem est, proinde iure meritoque in curam Tibi est cum-bendum pulas catechesum constitendarum, neque ullum est dubium, quin studio quotidie magis incenso ea in re sis laboraturus. Agitur enim de docendis fidelibus, quod est officium episcopi praecipuum.

Item iure Tibi improbatum est confessiones turmatim audiri, quare non dubitat S. Congregatio quin exedras iis 1xciendi faciendas curans, non destiteris modo remedium adhibere. Parochis, si soli non sufficient necessitatibus parochiarum, adiutores illis monet esse adiungendos, neque eo minus instandum, ut missam applicant pro populo diebus festis, cui si officio antea defuerint, facultatem Tibi facit [k. 3'] eos absolvendi, ea tamen lege, ut reis onus imponatur aliquoties pro portione missam ad hunc finem celebrandi.

Dies tantum tres exercitorum spiritualium clericis praeparandis, qui sint maioribus ordinibus initiandi, nimi paucivisisunt. Decem saltem dies esse necessarios censem eadem S. Congregatio, contra vero nimis diu differi tonsuram putat, siquidem ea non initiens, nisi qui unum aut etiam duos annos s. theologiae studio operam dederint.

Clerus ut ubique eo incendat habitu, quo a laicis discernatur, zelo vult etiam atque etiam commendatum Amplitudini Tuæ.

De seminario gratum habuisset sibi significari praesto Tibi esse in eius regimine consiliarios, quos Concilium Tridentinum praecepit deputari, quaeque sit in eo ratio studiorum.

Onerum tabella praecipias velit, ut prostent in sacrariis, ac sedulo cures, ut legatis piis, nulla licet brevi interposita mora, satisfiat.

De administratione reddituum locorum piorum, etsi eius ratio aliis ad hoc deputatis ex consuetudine reddenda sit, cum iis tamen ordinarium adhiberi praecepit Concilium Tridentinum Sess. XXII cap. 9. Id quomodo isthic servetur non satis vixum est ex verbis apparere Amplitudinis Tuæ.

⁴ Ces. Franciszek II (1805—1835).

Ad populum quod attinet, gaudent in [k. 4] Domino Patres Eminentissimi, ac Tibi gratulantur, quae significas de eris religione, ac de ratione vitae in tam multis christiana professioni consentaneae. Quod si nihilominus in multis de populo vitia quae-dam dominentur, confidunt, auctis instructionibus hortationibusque salutaribus, quod iam, auxiliante Domino, fieri caeptum est, Te in dies magis esse consequeturum, ut hi quoque ad bonam frugem redigantur. Idemque impetraturum ad eos, quod pertinet, quorum generi educationi, ac muneribus mores magis congruos desideras; cum id ipsum agere Te erga illos cognoscant, quod inculcat Apostolus verbis illis: Tu vero vigilia, in omnibus labora, argue, obsecra, increpa etc.⁵.

Itaec habui S. Congregationis nomine describenda Aplitudini Tuae. Quod superest, meas quoque ut gratulaciones accipias [k. 4'] rogo, animique Tibi dediti, ac votorum sinceritatem, quibus fausta omnia precor a Domino Aplitudinis Tuae.

Nr 12

Relacja o stanie diecezji tarnowskiej biskupa Józefa Alojzego Pukalskiego.

Tarnów, 1 VII 1863

Or. Archivum S. Congreg. Concilii, Rzym. Relationes dioecesum: Tarnoviensis 1863. Tytuł: Relatio super statu dioecesis Tarnoviensis, ut ecclesiarum, institutionum piarum etc. occasione visitationis sacrorum liminum a me infrascripto Sacrae Congregationi Concilii exhibita, servata serie ac ordine instructionis S.C.C. Romae anno 1850 in typographia Rev Camerae Apostolicae uxcussae, k. 1—15, papier

Sanctissime Pater¹. Muneris ac officii pastoralis Dei et Apostolicae Sedis gratia mihi impositi perpetuo memor, atqui gregis parti sollicitudinis meae concreti, saluti promovendae indefesso incumbans labore, probeque cognoscens. ardentis huius desiderii optatus fructus obtineri non posse, nisi pusilli huius gregis animas una cum suis rectoribus et pastoribus arctissimo pietatis, venerationis et obedientiae cum Sanctissima Sede Romana iungerem nunc; enixi et ardenter ad Jesum Christum precibus, praeprimis eiusdem Domini Salvatoris gratiam imploravi omnesque animi vires et laboris operam mox ab initio muneris, super debiles humeros meos impositi eo impendi, quomodo ope certissimi huius cum cathedra S. Petri vinculi intemeratae fidei, charitatis Christi et omnis virtutis christiana fidelis populo incitamentum preeberem. ceterum ad ministerium sacrum fideliter peragendum excitarem, ab omnibus vero pericula seductionis et perversitatis averterem, verbo. quomodo eisdem efficacia media arduas inter quandoque circumstantias et difficultates porrige-re.

At sane, quia potest inficiari Ecclesiam Christi nostris temporibus effrenatae quod fidem et mores libertatis et in religionis negotio procacitatis, sive verbis, sive scriptis, sive demum et impiis ausibus, tanto impetu in Ecclesiam [k. 1'] Dei eiusque pastorem ruere et nec Sanctissimae S. Petri Cathedrae parere, ut nonnisi a peculiari auxilio omnipotentis Dei eiusque immensa misericordia potentiam et sapientiam aducetur fallaciam, fortitudinem et constantiam ad-

⁵ 2 Tym. 2,5.

¹ Pap. Pius IX rządził Kościółem w latach 1846—1878.

versus impetus. patientiam adversus inevitabiles iniurias pravitatum valeamus.

Quidem iam ab initio muneris pastoralis a me exantlati usque nunc, et praecipue ultimis annis, haud raro variis amaritudinibus hac ex causa repletum et attritum est cor meum verum in his tribulationibus unice in Deo solamen quaesivi, firmam spem tenens, fore, ut Deus omnipotens repleta mensura doloris et attritionis nostrae misericordes oculos ad nos convertat, atque fidei et Ecclesiae catholicae vistoriam eiusque Supremo Capiti et ceteris pastoribus pacem donare dignetur. Inde etiam patientiam et fortitudinem perpetuo hauriendo in vinea Domini perpetuo laborare umquam desineatque sequentibus, occasione visitationis liminum sanctorum Apostolorum relationem super statum dioecesis Tarnoviensis et ecclesiarum in eadem sitarum, prouti eandem e munere pastorali hucusque gesto, tum praecipue a visitationibus canonicis, nec non e relationibus visitationum decanalium mihi cognoscere contigerit, Sanctitati Vestrae sub-sternendo, insimul huus mei exigui laboris et sollicitudinis fructus propono, clementissimo ac benigno iudicio subiicio, observans huus in finem seriem et ordinem instructionis super allatae Sacrae Congregationis Concilii.

§ 1. De primo relationis capite pertinente ad statum ecclesiae materialem.

In hoc primo relationis capite exponuntur: 1. Institutio, 2. Confinia.

Dioecesis Tarnoviensis erecta est anno 1785. nimirum e Cracoviensi excisa², tum temporis secundum divisionem politicam complectebatur circulis Myslenicensem (nunc Wadowicensem), Neosandecensem, Bochniensem, Tarnoviensem et Jasloensem. Dein anno 1803 supressa extitit³ ita, ut duo circuli: Tarnoviensis et Jasloensis diocesi Premysliensi adscriberentur [k. 2], tres vero reliqui: Bochniensis, Myslenicensis (nunc Wadowicensis) et Neosandecensis ad nativam dioecesim Cracoviensem redirent anno 1807. Postmodum pro his tribus circulis Vetero Sandeciae generalis vicariatus instituebatur usque ad annum 1822 perdurans, nec enim anno dioecesis Tarnoviensis resuscitata est, sed quatuor tantum circulis Wadowensi (olim Myslenensi), Bochniensi (hodie circuli Cracoviensi incorporati), Neosandecensi et Tarnoviensi circumscribebatur, atque hodie circumscribitur Circulus Jasloensis iurisdictioni Przemysliensis episcopi subiectus permansit.

Teritorium dioecesis Tarnoviensis efficit 248 milliarie quadr.

Numerus animarum est

a) catholicorum	914 788,
b) Graecocatholicorum inter lat. ritus dispersorum	27 214,
c) evangelicorum lutheranae confessionis	7 119.
d) Helvetiorum	2.
e) Iudeorum	65 603.

3. Privilegia et praerogativa episcopatus. Privilegia et praerogativaepiscopo huus dioecesis tantum communes, nullae peculiares inserviunt.

4. Numerus civitatum, oppidorum aut locorum, qui episcopatu subiecti sunt. Numerantur in has dioecesi 27 civitates et totidem oppida.

5. Status cathedralis ecclesiae una cum numero canonicorum, et aliorum servitio chori addictorum, et an erectae fuerint praebendae poenitentiaria et theologalis. Ecclesia Tarnoviensis consecrata anno 1200 sub titulo Nativitatis

² Informacja nie dokładna. W 1783 r. diecezję utworzył ces. Józef II, ale faktyczna jej erykcja kanoniczna nastąpiła dopiero na mocy bulli pap. Piusa VI „In supremo beati Petri cathedra” z dnia 23 III 1786 r. Zob. B. Kumor: Dzieje polityczno-geograficzne diecezji, s. 111–127.

³ Informacje nie dokładne. Zniesienie diecezji nastąpiło dopiero w 1805 r. a faktyczne wykonyanie bulli supresyjnej 17 IX 1807 r. Zob. B. Kumor, dz. c., s. 63.

B.V. Mariae cathedralis et simul parochialis⁴, recenti tempore interne depicta et decenter est adornata, ac paramentis et supellectili sacrae sufficienter provisa. Numerus canonicorum gremialium est 7, canonicorum honorarium 6⁵. Servitio chori praeter canonicos alii clerici ex officio non assignantur, quia clerus iunior curae animarum incumbit; verumtamen secundum posse cum canonicis horas canonicas persolvit. Recitant autem exercitii ergo horas canonicas una cum canonicis alumni seminarii ex 4 anno s. theologiae.

[k. 2'] Pro canonico poenitentiario et theologali nulla praebenda existit, nam dioecesis recentis est originis, et sine his praebendis erecta est. Sed neque necessitas harum praebendarum erigendarum observetur, nam casus poenitentiales partim ordinarius ipse, partim eo impedito praepositus capituli resolvit. Sacra scripture vero omni die festivo et Domini horis matutinis a clero iuniori ad populum homiletice explicatur, candidati autem ad statum sacerdotalem in interpretatione s. scripturae a professoribus duobus, uno pro Novo, altero pro Veteri Testamento erudiuntur, quo fine in Instituto Theologico Dioecesano duae cathedrae pro disciplinis theologicis hisce existunt.

6. Status ecclesiarum collegiatarum una cum numero pariter canonicorum et ceterorum, qui chorus earum intersunt, et an in collegiatis erecta est praebenda theologalis.

Ecclesiae collegiatae nullae nullae existunt in dioecesi, et quae olim existabant, ad finem saeculi XVIII in mere parochiales immutatae sunt.

7. Status et numerus ecclesiarum parochialium, nec non aliarum ecclesiarum et oratoriorum in episcopatu existentium, signanter an cathedralis ecclesia, nec non parochiales ceteraque ecclesiae sint sacris supellectilibus sufficienter instructae, et quoniam ex iis habent redditus pro fabrica assignatas.

In dioecesi Tarnoviensi numerantur:

ecclesiae parochiales	295,
capellaniae locales	16.
filiales cum expositura	20.
filiales cum excurrenda	41,
claustrales	10.
collegii Societatis Jesu	1,
capellae privatae	114.
in summa	497,

omnesque sufficienti supellectili sacrae provisae sunt.

Ecclesiae in civitatibus, oppidis atque in pagis perpluribus splendidioribus quoque gaudent ornamentis, utensilibus et paramentis sacris. In pagis crebro adhuc reperiuntur ecclesiae ligneae, quae vero pietati et industria populi fidelis, adaequate pro cultu divino conservantur, ita ut hinc inde splendidiorem ab intus faciem induant. Novissime 4 ecclesiae filiales in parochias immutatae sunt. Tarnoviae praeter cathedralem ecclesiam adest ecclesia et conventum PP. Bernardinorum spectans, et duae ligneae, una sub titulo SS. [k. 3] Trinitatis, alia sub titulo B.V. Mariae ante aliquot annos restauratae.

Speciales redditus notabiles pro fabrica ecclesiae penes singulas ecclesias de regula non reperiuntur, quia tempore Josephi II⁶ ex venditis bonis ecclesiae

⁴ Informacja błędna, podana zapewne za rocznikiem diecezjalnym (*Schematismus* — clerici dioeceseos Tarnoviensis tam saecularis, quam regularis — anno Domini 1863, Tarnów 1863, s. 21). Faktycznie obecna świątynia katedralna została zbudowana dopiero w XIV stuleciu.

⁵ Informacja nie ścisła. Kapituła katedralna w Tarnowie w XIX stuleciu składała się z 3 pratalatur (prepozytura, dziekania, scholasteria) i 4 kanoników gremialnych. Zob. B. Kumor, dz. c., s. 80.

⁶ Ces. Józef II (1780—1790).

sticis generalis pro ecclesia in provincia Galiciae et Lodomeriae fundus religionis creatus est, ex quo secundum indigentiam cum consensu c.r. regiminis et ordinariorum respectivorum sumptus ad sustentandas ecclesias exsolvuntur. Recent tam tempore initis mutuis cum aliis Venerabilibus Confratribus huius provinciae Episcopis consiliis, propositiones ad c.r. ministerium et Suam Caesaream Majestatem promota sunt, ut penes singulas ecclesias separatum et proprium peculium introducatur, et in horum sequelam decretum ministeriale emanavit anno 1851, verum salvis iuribus alto regimini circa administrationem huius peculii asservatis. Penes quasdam ecclesias parochiales haec separatio peculii ecclesiae a peculio beneficiati iam viget, et Deo favente sperandum est, ut succedentim in omnibus ecclesiis introducatur. Ubi peculium ecclesiae separatum existit, ad expensas luminarium etc. convertuntur. Ad restaurationem vero ecclesiarum, aedium parochialium, parochiani cum patrono loci concurrunt.

8. Numerus monasteriorum tam virorum, quam mulierum, et an aliqui ex monasteriis virorum sunt subiecta suae iurisdictioni, et an, et quae mulierum monasteria, sibi subiecta sint, vel praelatis regularibus?

Monasteria vel claustra religiosorum sunt:

- a) Collegium Societatis Jesu Neo Sandeciae,
- b) Claustrum Cisterciensium Circii,
- c) Carmelitarum in Pilzno,
- d) P.P. S. Francisci Bernardinorum: a) in Tarnovia, b) in Calvaria,
- e) P.P. S. Francisci Recollectorum vel Reformatorum: a) conventus Vie-licensis, b) Zakliczynensis,
- f) F.F. Misericordiae in Zebrzydowice,
- g) Monialium S. Benedicti in Staniątki,
- h) Monialum S. Clare Vetero Sandeciae.

Nullum claustrum exemptionis privilegio fruitur, sed secundum regulam ordinis quodvis suis praepositis et ordinario loci secundum [k. 3'] sanctiones generales ecclesiasticas subsunt.

9. An adsit in dioecesi seminarium clericorum, quot clerici in eodem aluntur, an fuerit statuta taxa, et in qua quantitate et an aliqua beneficia fuerint eidem unita, et in universum quinam et quot sint redditus praedicti seminarii? Iuxta ecclesiam cathedralem adest Tarnoviae seminarium clericorum, in quo circa 100 alumni scientiis sacris imbuuntur, et pro statu sacerdotali educantur; et quidem alii horum in 7 et 8 classe gymnasiali consistentes, studiis in scholis publicis cum ceteris discipulis vacant, alii autem disciplinis sacris cursu theologicu ad 4 annos extenso incumbunt.

Fine persolvendi cursus theologicu adest in seminario Institutum Theologicum Dioecesanum, in quo s. theologia a 6 professoribus secundum systema et ordinem in universo Imperio Austriae sancitum traditur.

Tum seminarium, tum professores s. theologiae sustentatur e fundo religionis. Seminario nullum beneficium ecclesiasticum unitum est, neque taxa aliqua ab alumnis solvit, aut exigitur, nec non pensalia ab iisdem, si a seminario egrediuntur, exposcitur. Partem tamen sumptuum seminarii sustentandi sustinent beneficiati curati, sic dicto alumnatico, quod iisdem iuxta calculum quovis anno a c.r. regimine solvendum imponitur. Theologis absolutis, postquam ordinem presbyteratus obtinuerint, elargitur a fundo religionis quantum 50 flor. r.A. fine comparandorum sibi maxime necessariorum librorum et supellecitis.

10. Numerus hospitalium, collegiorum, confraternitatum, et aliorum locorum pliorum, quot sunt in episcopatu, et quinam sint eorum redditus? Hospitalia aut

nosocomia in omnibus civitatibus et oppidis secundum facultates singulorum communitatuum, immo etiam in pagis crebro reperiuntur; horum administratio nem parochi cum communitatibus gerunt. atque calculum dati et accepti coram magistratibus civilibus reddunt.

Fundationes antiquae hospitalium in pecunia, praediis et naturalibus, id est frugibus terraे, vestimentis etc. praestandis consistunt, et tempore [k. 4] recenti eleemosinis piis, nec non mulctis a tribunalibus civilibus ob praevaricationes imponi solitis augentur.

11. An adsunt montes petatis, et quot sint, una cum allis similibus, ad statum materialem ecclesiae spectantibus? Mons pietatis in hac dioecesi usque ad recentissima tempora nullus reperiebatur, tandem me movente et apud c.r. instantias intercedente in urbe Tarnovia in vitam vocatus est die 9 aprilis 1863 approbatus pro urbe Tarnovia et vicinia.

Confraternitates olim penes ecclesias civitatum, oppidorum atque saepe in pagis existentur, sub imperio Josephi II sublatae fuerunt earumque redditus fundo religionis provinciae communi, aut instituti pauperum inserti sunt. Officia sacra eisdem abdaerentia circa missarum persolutionem etc. persolvenda iniunguntur sacerdotibus, qui salarium a fundo religionis percipiunt, et quidem qui 200 flor. percipiunt obligantur 52 missas litare, et qui minus percipiunt, huic convenientem numerum missarum absolvere tenentur.

§ 2. Quoad episcopum

Hoc capite exponitur: 1. An residentiae praeceptum a sacris canonibus, Concilio Tridentino et constitutione Urbana praescriptam⁷ adimpleverit, et an aliquo et quo tempore abfuerit, et an ultra menses conciliares, et an cum vel sine Sedis Apostolicae licentiam? Infrascriptus residentiae officium iuxta sanctiones Tridentinas sess. VI cap. 1 de reform. accurate asservat, et tempore muneric sui pastoralis ab anno 1852 absens fuit Viennae anno 1856 in congregazione episcoporum, recenti vero tempore, quam membrum natum comitiorum provincialium, iisdem tempore statuto interesse solet; tempore tamen insterstitiorum Leopoli e loco comitiorum libenter occasionem accipit ad dioecesim revertendi et necessaria disponendi.

2. An et qualis dioecesis sibi commissae visitationem expleverit? Quovis anno post octavam Corporis Domini infrascriptus dioeceseos visitationem peragit, quin tamen ob vastum eiusdem ambitum integrum [k. 4'] visitare uno tractu queat.

3. An per se, vel per alium episcopum sacras ordinationes explevit, et sacramentum confirmationis administraverit? Occasione visitationis in ecclesiis ruralibus confirmationis sacramentum ubique administrat, insuper hoc sacramentum quovis anno festo Pentecostes Tarnoviae dispensat, item sacros ordines quovis anno candidatis ad munus sacerdotale debite eruditis et praeparatis in ecclesia cathedrali, praesente adstante populo et clericis, confert.

4. An et quoties synodum dioecesanam congerit? Synodi dioecesanae in hac provincia iam dudum extra usum venerunt, hinc etiam in dioecesi Tarnoviensi non celebrantur, sed neque necessitas easdem cogendi observatur, quippe quum

⁷ Obowiązek rezydencji biskupów przypomniał Sobór Trydencki (Sess. VI cap. 1 et 2 de reform.; sess. XXIII cap. 1 de reform.); pap. Urban VIII uczynił to w przemówieniu bardzo ostrym na konsystorzu w dniu 18 III 1624 r. Zob. L. Pastor: *Geschichte der Päpste im Zeitalter der katholischen Restauration und des Drei — siegjährigen Krieges, Gregor XV. und Urban VIII. (1621—1644)*, Freiburg i.B. 1929, s. 587.

decanis foraneis quovis anno visitationes ecclesiarum peragendae iniunguntur, e quarum relationibus et ex visitationibus canoniciis per episcopum institutis, ordinarius loci indigentiam singularium ecclesiarum cognoscere potest.

5. An verbum Dei per seipsum praedicaverit, et an legitimo occidente impedimento viros idoneos assumpserit ad huiusmodi praedicationis officium salutariter exequendum?

In cathedrali ecclesia verbum divinum occasionaliter per episcopum, tum per canonicos cathedrales, tum per professores s. theologiae et ceterum clerum cum fructu ad populum congregatum praedicatur. Occasione vero visitationis canonicae infrascriptus ubique ad populum sermonem dixit, et iuxta peculiares rerum ac personarum circumstantias ad pietatem morumque sanctitatem hortatur; si quae vitia reperiat, eadem mediis prouti gratia divina sugesserit, salutariter extirpare satagit.

6. An habeat depositarium poenarum et multtarum pecuniarum et an eadem fuerint piis usibus applicatae?

Depositorium poenarum et multtarum hic nullum existit, hic enim modus poenas irrogandi in his terris a tempore memoriam humanam excedente non observatur.

7 Quaenam taxa et an Innocentiana⁸ in sua cancellaria observatur? In cancellaria episcopali observatur taxa a c.r regimine constituta, quippe quum officiales in cancellaria e fundo religionis salarium percipient, et iuribus ac privilegiis officialium status fruentur. Proventus taxarum valde tenues convertuntur pro usu et expensis cancellariae et calculus annue episcopo anteponitur, residuum inter individua cancellariae distribuitur.

8. An aliquod habeat, quod sibi obstet circa exercitium episcopalium officii, iurisdictionis ecclesiasticae, nec non tuenda libertatis et immunitatis ecclesiarum? In exercendo munere pastorali ac tuenda libertate et immunitate ecclesiarum post concordatum anno 1855 nulla [k. 5] obstacula animadvertisuntur⁹.

9. An aliquod plium opus peregerit pro Ecclesia, pro populo aut pro clero? Quoad pia opera introduxi inter clericos in dioecesi societatum pro felici morte consequenda sub patrocinio S. Joseph¹⁰, quae statum florentem attigit et pietatem devotionemque magnopere promovit. Praeterea quum sim praeses commissionis ad sublevandos pauperes Tarnoviae, pro modulo virium, inopiae pauperum et miserorum succurere satago.

Domus hospitalis in hac urbe sub directione commissionis pauperum constituta, anno elapso notabiliter dilatata exstitit, sumptibus propriis 22 000 flor. r.A. parsimonia et sapienti manuductione episcopi collectis.

Neque infrasignatus pauperum occasione visitationis canonicae ruri obliscribitur, partim pecuniam inter miseros erogando, partim libros pios et utiles inter pauperem iuventutem distribuendo, et ex collectis et propriis pro missionibus sacris in Africa et America annue certum quantum erogat, hucusque

⁸ Taxa Innocentiana — zob. dokum. nr 9 przyp. 8.

⁹ Konkordat austriacki zawarty ze Stolicą Apostolską 18 VIII 1855 r. nie tylko zlikwidował całkowicie józefinizm, ale również zagwarantował Kościółowi katolickiemu w całym Cesarstwie pełne prawa, które „mu przysługiwały na mocy praw boskich i kanonicznych”. Zob. R. Aubert: Die Länder des Deutschen Bundes und die Schweiz 1848–1870, W: Handbuch der Kirchengeschichte, hrsg. H. Jedin, Bd. 6, Freiburg 1971, s. 538 n.

¹⁰ Na mocy patentu ces. Franciszka Józefa I z 26 X 1852 r. w wypadku założenia nowego bractwa kościelnego za wiedzą ordynariusa, nie potrzebne było zezwolenie państwowie; należało natomiast zawiadomić o założeniu bractwa władzie państwowie.

ultra 2 000 flor. r.A. constituens, ita et pluribus pauperibus studiosis omni mente in parata pecunia auxilium fertur.

§ 3. Quoad clerum saecularem

In hoc capite exponitur: 1. An canonici choro iugiter intersint? 2. An ultra matutinum, laudes ceterasque alias horas canonicas quolibet die celebrant missam conventualem? 3. An quolibet die applicent pro benefactoribus? 4. An suas habeant constitutiones et eas punctualiter observent?

Infrascriptus omnem adhibet operam, quatenus canonici et ceteri clericci officia vocationis suae exacte adimpleant, ecclesiasticam disciplinam iugiter custodiant, atque populum Christi non tantum ope institutionis pabulo divinae doctrinae nutrient, sed et proprio viæ exemplo ad mandata Dei observanda trahant, quodsi autem quidam clericorum officium vocationis suae obliviscantur, et quandoque ad devia digrediantur, quod etiam a tanto numero 539 sacerdotum perfecte abigere [k. 5'] vix possibile sit, sine mora omni paterna severitate in Domino easdem hortari, atque etiam pro recollectionibus ad claustrum ad tempus relegando, in eas animadvertisit, vel demum renitentes domum correctionis clericorum Przeworscii¹¹ includit. Quin autem necessarium sit crebro hisce poenis clerum huius diocesis ad officia sibi iniuncta explenda adiungi, nam in specie:

Canonico quotidie exacte intersunt, divinumque officium cum devotione peragunt, missae conventionalis et pro benefactoribus applicatae, praescritum sancte custodiunt.

Constitutionibus peculiaribus non fruuntur, sed quae ad augendam Dei gloriam, sive in sacro ministerio, sive in praedicando verbo divino, conferunt diligenter exequuntur.

5. De praebendis canonici poenitentiarii et theologalis. Praebenda canonici poenitentiarii et theologalis hic non existit, sed nec necessitas eiusdem instituendae comparet, quum alia via, ut supra (§ 1 nr 6) dictum est, haec duo officia compensantur.

6. An parochi in suis parochiis resident? Parochi residentiae officium custodiunt, et si aliquando, aut valetudinis curandae, aut alia ex licta causa eisdem parochiam relinquere contigerit, id nonnisi cum licentia ordinari admittitur atque in eorum locum pro tempore absentiae sacerdos e vicinis vel religiosus ex monasterio, vel demum cooperator loci, tamquam administrator vices gerens et ad universitatem causarum parochialium constituitur.

7. An librum matrimonii et baptizatorum aliasque libros, quos ad normam ritualis Romani retinere debent, retineant? Libros metricales natorum et baptizatorum, tum copulatorum et demum mortuorum penes quamlibet parochiam et capellaniam locorum, sed etiam penes filiales ecclesias, ubi cooperator expensis applicatur, exacte ad mentem ritualis Romani, sed etiam praescriptorum civilium conscribuntur. Praescripta nimurum civilia in libris his conficendis et gerendis ideo observari debent, quia testimonia inde excerpta, et sigillo parochiali atque subscriptione parochi munita, vim documentorum publicorum coram magistratibus et iudiciis civilibus e.g. circa legitimitatem thori prolium, haereditatem etc. nanciscuntur. Pro extraneis specialis liber baptizatorum ha-

¹¹ Institutum correctionis presbyterorum było umieszczone w Przeworsku w klasztorze Bernardynów. Zob. Schematismus — clerici saecularis et regularis dioeceseos rit. lat. Premisliensis p.a.D. 1861, Jastł 1861, s. 68.

betur. Librorum demum matricularum copiae conficiuntur et in archivio consistorii episcopalnis asservantur.

8. An aliqui ipsorum indigeant aliorum sacerdotum opere, ut sacramenta populi administrent? Qui autem penes ecclesias sive in civitatibus [k. 6], oppidis, sive pagis constituantur clerici, omnes presbyteri sunt, atque curae animarum incumbunt, beneficia nempe simplicia tempore Josephi II imperatoris sublata sunt, eorumque redditus fundo religionis adscripti sunt.

Presbyteri penes singulas ecclesias constituti sunt, vel parochi, vel capellani locales, et hi ope institutionis canonicae modo inamovibili ministerio sacro assignantur. Ubi maior grex penes ecclesias has consistit, applicantur ibidem secundum indigentiam unus aut presbyteri cooperatores, seu vicarii parochorum.

Penes ecclesias filiales munere curatorum animarum funguntur cooperatores expositi sub directione parochorum ecclesiarum matricum. Hinc inde penes ecclesias filiales, aut ob inopiam dotationis et defectum habitationis, presbyteri qua cooperatores expositi applicari non possunt, sed tantum excurrendo e parochiali ecclesia ibidem sacra administrantur

9. An iidem per se vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo, quae scire omnibus necessarium est ad salutem iuxta monitum Tridentini et praecitati concilii Romani?

Omnis hi sacerdotes, sive sint rectores ecclesiarum seu parochi, sive cooperatores, ad quodvis munus sacerdotiale, sive ad sacrae missae sacrificium peragendum, sive ad sacramenta administranda, sive demum ad verbum divinum ex ambone, vel ope catecheticam praedicandam, tum ad sacras confessiones excipiendas, et infirmos sacra synaxi providendos, praeparati et parati sint oportet. Hunc in finem omnes clerici in seminario integrum cursum s. theologiae transcurrere et necessariis disciplinis theologicis imbui tenentur, quibus ad omnia munia sacerdotalia obeunda apti reddantur. Omnes porro in sacra liturgia celebranda et sacramentorum administratione erudituntur, et nonnisi peracto super his omnibus disciplinis bono cum successu examine, ad ordines sacras maiores suscipiendas admittantur.

10. An saltem dominicis et aliis festis diebus suis parochianis fidei rudimenta et obedientiam erga Deum, et parentes pietas ceterosque hoc adiutorio indigentes doceant, et an et qui eis operam praestent in hoc opere adimplendo, et an [k. 6'] fructuose hoc opus adeo necessarium in singulis parochiis proficiat?

Penes singulas ecclesias, sive in civitatibus, oppidis, sive rure sitas, omnes clerici ibidem consituti, sive parochi sive cooperatores sint, cultum divinum s. missae sacrificium praescripto ordine peragunt, sed etiam cetera sacramenta administrant, omnes porro verbo divine praedicando incumbunt, et quidem:

Diebus dominicis et festis, ubi tantum unus presbyter adest, tempore matutino celebratur missa solemnis cantata cum concione, tempore pomeridiano celebrantur vespere et iisdem praemittitur institutio cathechetica iuventibus, ubi vero saltem duo presbyteri, id est parochus et unus cooperator adsunt, unus eorum mane homiliam ad populum dicit, et s. scripturam (pericopam respectivam) ad captum populi interpretatur, alter tempore missae principalis ad concionem dicit. Horis pomeridianis iterum iuventus in catechismo intituitur.

In parochiis amplioris ambitus presbyteri ad pagos ab ecclesia remotiores diebus domonicis et festivis excurrunt, ibique catechetice populum, praesertim aliasque sexus iuventutem in articulis fidei et morum praceptis instituunt, quod etiam alia occasione opportune e.g. visitationis et provisionis infirmorum

peragunt. Praeterea in scholis elementaribus ubique cooperatores munere catechistarum funguntur. Tali ratione nec populus fidelis iam a prima iuventute in principiis religionis christianaee instituitur, et iis quae ad salutem necessaria sunt imbuitur. Recenti tempore crebro in pagis eriguntur novae scholae elementares, pro quorum dotatione clerus pro posse suum confert obolum.

Nupturientes demum ad celebrationem matrimonii numquam sine praecedente examine e rudimentis fidei et morum christianorum praceptoris admittantur.

11. An singuli parochi, ceterique curam animarum exercentes, singulis dominicis festisque de pracepto missam applicant pro populo eorum curae commisso?

Missa pro parochianis in qualibet ecclesia curata ac singulis diebus dominicis et festivis, aut ab ipso curato, aut eo legitimo impedito, ab alio sacerdote, vel cooperatore ubi adest, persolvitur. Super his omnibus tum occasione visitationis canonicae, tum e relationibus decanorum foraneorum [k. 7] in sequelam visitationis decanalnis, ab iisdem quotannis autumnali et aestivo tempore institui debitate, notitiam acquirere subsignati contigit.

Ecquidem in adimplendo munere sacerdotali tum parochorum, tum cooperatorum varii gradus fervoris diligentiae et applicationis reperiuntur, hinc inde etiam tempor et signitia deprehenditur, quibus autem vitiis extirpandis iam in primis intiis, cohortationibus, monitionibus et si haec minus efficaciter adhibitae fuerint durioribus poenis inflictis, solerter incumbit.

Quoad populum fidelem universim dicendo, haec asserere ausim: per universam dioecesim eundem nullibi modis ad salutem necessariis destitui, et praecipue recenti tempore, multiplicatis scholis elementaribus penes ecclesias matricies et filiales, tum in pagis ab ecclesiis remotioribus, nec non assiduis praedicacionibus, magis adhoc crebris catechizationibus, cognitionem articulorum fidei et morum praceptorum apud populum fidelem cum maximo meo gaudio et solamine augeri, atque in veritatis christianaee perfectionem et morum emendationem magnopere redundare. Progressus hic qualibet anno perspicuus est.

12. An et quae praemittantur, antequam quis ad primam tonsuram et minores ordines admittatur, et an sacris ordinibus initiandi ante cuiuscunq; ordinis sacri susceptionem, piis meditationibus, vulgo spiritualibus exercitiis, vident per aliquot dies in aliqua domo religiosa?

Qui ad statum clericalem assumentur antea circa requiritur dotes et qualitates examini et præparationi debitae subiiciuntur et quidem:

Tonsura ecclesiastica imperitur alumnis in seminario dioecesano consistentibus, postquam 8 classes gymnasiales bene saltem cum successu absolverint, et insuper primum annum s. theologiae optato cum successu transegerint. His in 2-o aut in 3-o postmodum anno cursus theologici morantibus, atque pro primo semestri examen e studiis optato cum successu superantibus, conferuntur ordines minores, numquam non praemissa præparatione et exercitiis spiritualibus in seminario peractis. Ad maiores ordines nonnisi absoluti theologi, id est qui iam 4 -um annum cursus theologici bene saltem cum successu examine speciali e s. liturgia et exortitiis spiritualibus. Neo ordinati post quemlibet sibi [k. 7'] collatum ordinem, salutares excipiunt monitiones, vocationem spiritualem concernentes.

Exercitia spiritualia cum ordinandis peragit pater spiritualis in seminario, qui ibidem hoc munere et officio perpetuo fungitur, hinc etiam alia occasione,

nempe initio et ad finem cuiusvis anni scholastici, nec non primis diebus hebdomadae maioris exercititia spiritualia dirigt.

13. An omnes praedicti vestes iugiter deferant clericales, et an quod fori privilegium serventur disposita a Sacrosancto Concilio Tridentino sess. XXIII cap. 6 de reform. et a constitutione S.D.N. Benedicti papae XIII in eadem concilio Romano emanatae?¹²

Omnis clerici, qui sunt sacerdotes certo ministerio seu servitio ecclesiarum assignantur, aut aliis muneribus, prouti professorum, catechistarum penes scholas gymnasiales, elementares praeficiuntur; vestes autem clericales iugiter et exacte deferunt. Similiter et clerici in seminario dioecesano morantes veste clericali mox in primo ingressu induuntur.

14. An habeantur conferentiae theologiae moralis, seu casuum conscientiae, et etiam sacrorum rituum, et quot vicibus habeantur, et qui illis intersint, et quinam profectus ex illis habeatur?

Conferentiae theologicae cum theologis in quarto anno omni die per hebdomadam instituuntur, ubi casus conscientiae, et iuris canonici, tum pastorales solvendi proponuntur, et alumni in peragendis ritibus sacris exercentur.

15. Quinam sint mores cleri saecularis, et an aliquod in eo adsit scandalum, quod remedio indegeat potentiori? Quoad mores cleri saecularis generatim dicendo, in quantum scientia humana non fallitur, id asserere possum, disciplinae ecclesiasticae rigorem, honestatem et gravitatem morum, prouti statui sacerdotali conveniat observari. Alii eximioribus ingenii facultatibus praediti scientiis literariis vacant, opuscula theologica dogmatica et moralia, conciones elucubrant, aut saltem ex alio idiomate gallico aut germanico idiomati polonico donant, typisque imprimi current. Recentem tempore lectio S.S. Patrum arridet, quod e crebra comparatione Bibliotcae S.S. Patrum¹³ secundum editionem recentem Parisinam in variis parochiis, decanatibus, praecipue in gremio professorum s. theologiae Tarnoviae conspicuum est.

Ab aliquot annis devotio et cultus B.V. Mariae mirum in modum augetur In plurimis ecclesiis parochialibus, tum in conventionalibus Ordinis S. Francisci et demum in seminario clericali devotio majalis B.V. Mariae persolvitur, ad quam in ecclesiis per sacerdotes [k. 8] cum zelo institutam populi fidelis magnus cursus fit.

Non possum vero cum gravissimo animi dolore retinere, occurrere quandoque inveteratae inebrationis et luxuriae vitia, qui autem clerici his vitiis contaminati reperiantur, vel ad claustrum religiosorum pro piis recollectionibus et poenitentia relegantur, aut his in cassum abeuntibus, damnantur ad rigidorem poenam, nempe in domo correctionis presbyterorum provinciali Przeworscii, et exinde liberi non emittuntur, donec resipuerint, et specimina contritionis verequae emendationis iudicia praebuerint, si vero sint beneficiati, etiam privatione beneficij puniuntur

Gravioris autem scandali, quod potentiori indigeat impedimento, exemplum,

¹² Synod prowincjalny rzymski odbył pap. Benedykt XIII w roku 1725 w czasie roku jubileuszowego w bazylice św. Jana na Lateranie. Wzięło w nim udział 33 kardynałów i 80 prałatów. Synod ten m.in. zajął się reformą dyscypliny kościelnej księży pracujących w duszpasterstwie, obowiązkiem rezydencji, noszeniem stroju duchownego, obowiązkiem konferencji pastoralnych itp. Zob. L. Pastor: Geschichte der Päpste in Zeitalter des fürstlichen Absolutismus von der Wahl Clemens XI. bis zum Tode Clemens XII. (1700—1740), Freiburg i.B. 1930, s. 507 n.

¹³ Zapewne nie chodzi tu o Bibliothek der Kirchenväter, wydaną w 80 tomach w Kempten w latach 1869—1888. Informacja ta dotyczy Patrologiae cursus completus, wydawanej w serii tacińskiej w latach 1844—1855.

Deo sit suprema laus, non occurrit. Eiusmodi gravioribus deviationibus praecavetur quam maxime visitatione canonica, quae peracta per singulis ecclesiis et parochiis decretum reformationis exaratur; cuius tenore, quae sunt emendanda et corrigenda inculcantur.

§ 4. Quoad clerum regularem

Hoc capite exponitur: 1. An regulares curam animarum exercentes, qui episcopali iurisdictioni, visitationi et correctioni subsunt in iis, quae ad curam pertinent, et administrationem sacramentorum, munus sibi commissum fideliter adimpleant iuxta ea, quae in praecedenti capite dicta sunt de parochis saecularibus?

Quoad regulares unicus est conventus cisterciensium Ciricii, iurisdictioni abbatis Bohemici Hohenfurtensis parens¹⁴, cuius ecclesia conventionalis simul parochialis est, eaque recenter renovata et adornata est, altaria pariter deaurata et depicta sunt.

Parochi munere prior conventus fungitur. Praeterea adest Cirici in vicino monte ecclesia sub patrocinio S. Joannis¹⁵, penes quam unus conventionalium presbyter, qua cooperator expositus residet, curae animarum incumbens, a priore destinatus.

In ecclesia hac Ciriciensi eadem modo, ac in parochiis saecularibus cura animarum exercetur, sacramentorum administratio et verbi divini praedicatio rugiter peragitur. Adest quoque in loco schola trivialis, in qua magistri munere clerici conventionales funguntur. Qui autem in dioecesi inveniuntur ceteri religiosi clerici, iam supra (§ 1) adducti: Bernardini, Reformati, Carmelitae, et Societatis Jesu, hi nullas parochias ordini suo incorporatas, aut sibi concreditas [k. 8'] habent, adest enim sufficiens numerus cleri saecularis, e quo parochi pro beneficiis ecclesiastici curatis depromuntur. Religiosi tamen horum ordinum tum in loco ubi conventus eorum situs est, tum in aliis ecclesiis ad auxilium a parochis vocati munus sacerdotale obeant, cultum divinum peragunt, sacramenta administrant, verbum divinum praedicant, catecheticae institutioni iuventutis, confessionibus excipiendis, et quandoque piis missionibus suscipiendis incumbant.

2. An aliquis regularis extra monasterium degat, ani aliqui adsit in dioecesi a suis superioribus, servatis servandis, electi, vel aliquis fuerit regularis intra claustra monasterii degens, sed qui extra ea ita notorie dereliquit, ut populo scandalio fuerit, et quomodo in hisce casibus in sic delinquentes adnimadveratur?

Moree eorum regulae ordinis conformes sunt, et si quandoque unus vel alter eorum delinquit, a superiore respectivo ad rectam tramitem, vigore disciplinae ibidem vigilantis iussu episcopi adducitur, quin tamen delicta notoria, et populo scandalum causantia reperiantur, Nullusque religiosus e sinu societatis religiosae electus invenitur.

3. An ordinarius sua iurisdictione delegata usus sit in explenda visitatione conventuum?

4. An observatur aliquod cum regularibus offendiculum in exerditio iurisdictionis delegatae in illis casibus, in quibus eodem ordinario tributa est a S.

¹⁴ Opactwo Cystersów w Szczyrzycu, zob. dok. nr 2 przyp. 8.

¹⁵ Góra św. Jana — parafia koło Szczyrzycy; na mocy dekretu gubernialnego z 3 III 1798 r. została ona zamieniona na placówkę filialną i inkorporowana do klasztoru Cystersów w Szczyrzycu. Zob. *Schematismus* — dioeceseos Tarnoviensis — 1863, s. 103.

Concilio Tridentino, vel a Summorum Pontificum constitutionibus, et signanter bulla Clementis papae X, quae incipit Superna? ¹⁶.

Subsignatus hos conventus ad normam vigentium desuper sanctionum ecclesiasticarum visitat, et in exercitio hunc in finem delegatae sibi iurisdictionis nullum offendiculum expertus est.

§ 5. Quoad moniales

In hoc capite exponitur: 1. An moniales episcopo subiectae suas servent constitutiones? 2. An clausura in earum monasteriis accurate custodiatur? 3. [k. 9] An aliqui abusus in iisdem monasteriis irrepserint, qui consilio aut auxilio Sacrae Congregationis indigeant?

In claustris monialium, supra enumaratis, disciplina religiosarum iugiter custoditur, clausuraeque vigor ad amusim ubique servatur, nullique abusus eiusmodi deprehenduntur, qui auxilio superiori et fortiori remedio indigeant.

4. An praeter ordinarium confessarium alias extraordinarius ab ipso bis aut ter in anno fuit oblatus? 5. An harum monialium confessarii regulares sive ordinarii sive extraordinarii fuerint, ab ipso episcopo approbati, antequam earum confessiones excipiunt?

Praeter unum aut duos confessarios ordinarios, adest quoque de regula in separatis aedibus habitans confessarius extraordinarius e Societate Jesu applicatus. Uterque ab ordinario loci approbatur. Quia vero moniales supra citatae (§ 1 nr 8) educationi puellarum incumbunt, et convictum puellarum hunc in finem sustentant, applicatur simul peculiaris catecheta, sed etiam hinc inde capellanus, qui duo presbyterii confessariorum munere apud moniales non funguntur.

6. An in monasteriis monialium, quae sunt praelatis regularibus subiecta, curaverit, ut clausura dictarum sanctimonialium fuerit exacte observata, et an contra inobedientes et contradictes per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia processerit?

Monasteria monialium, quae praelato regulari subiicerentur in hac dioecesi non inveniuntur, in memoratis autem duobus monasteriis episcopus omnem adhibet curam, quatenus clausura et regulae respectivae vigor accurate obseruentur, neque ad earum observantiam censuris ecclesiasticis, aut alio simili remedio hucusque opus fuerat, nam numquam propter inobedientiam alicuius monialis querela movebatur.

7. An dictorum monasteriorum redditus fideliter administratur, ut monialium dotes fuerint persolutae et quomodo erogatur? 8. An adhibitis superioribus regularibus singulis annis rationem administrationis ab his, qui administrant bona, pertinentia ad haec monialium monasteria, regularibus subiecta, et an fideliter eorum redditus administrentur, et alias fuerint adimpta, quae praescribuntur in bulla Gregorii XV, quae incipit Inscrutabili? ¹⁷.

¹⁶ Pap. Klemens X bullą Superna z 21 VI 1670 r. zajął się sprawami kaznodziejstwa, szafarstwa sakramentu pokuty przez zakonników i wytyczył w tym zakresie pewne reguły, uzależniając m.in. wykonywanie tych funkcji przez zakonników od zgody ordinariusza miejscowego; dotyczyło to nade wszystko działalności poza kościołami klasztornymi. Wykonywanie tych funkcji w kościołach zakonnych zostało uzależnione od błogosławianstwa biskupiego. Zob. L. Pastor: *Geschichte der Päpste im Zeitalter der fürstlichen Absolutismus von der Wahl Innozenz X. bis zum Tode Innocenz XII. (1644–1700)*, Freiburg i.B. 1929, s. 634.

¹⁷ Pap. Grzegorz XV bullą Inscrutabile z 1622 r. wydał normy dotyczące wizytacji kościołów klasztornych, z którymi były związane prawa parafialne. W zakresie dyscypliny wewnętrznej zostały one poddane wizytacji przełożonych zakonnych, w zakresie natomiast duszpasterstwa pa-

Clarissae Vetero Sandeciae e fundo religionis et liberis oblationibus sustentantur, propria [k. 9'] duntaxat carentes dotatione; habent convictum puellarum, et hoc obtutu cum laude officia sua explet.

Conventum hunc S. Cunegundis olim dotaverat¹⁸, sed postmodum ultimis temporibus, saeculi lapsi iniuria temporum etiam haec dotatio in praediis consistens vendita est, et conventus in sumnum discrimen suppressionis adducebatur, nam intercedente cura episcopi per Franciscum II imperatorem et archiducem Austriacum Ferdinandum d'Este ad vitam resuscitatus extitit anno 1810. Vi rescripti Caes. Majestatis de 15 aprilii 1863 claustrum monialium Vetero Sandecensium 17 iugera et 1554 org. quadr. ad instar dotationis in perpetuum et insuper 500 flor. pro una vice e fundo religionis obtinuit. Administratio bonorum ad claustrum monialium S. Benedicti in Staniątki¹⁹ invigilationi c.r. regiminis et episcopi loci subiectantur; hinc quotannis a curatoribus, quorum unus laicus, alter ecclesiasticus (hic e numero canonicorum cathedralium desumitur) ratio eiusdem tum c.r. regimini, tum episcopo loci anteponitur, ex quo perspicuum est administrationem hunc fideliter peragi.

§ 6. Quoad seminarium

In hoc capite exponitur: 1. Quot sint in seminario alumni? In seminario dioecesano Tarnoviensi circa 100 aluntur alumni, omnes vestem clericalem deferent, quorum alii studiis gymnasialibus, alii theologicis vacent. Clausura stricte observatur.

2. An in ecclesiastica disciplina recte instituuntur? 3. Quibusnam studiis vident, et quo profectu? Gymnasiastae nonnisi e discipulis 7 et 8 classis gymnasialis in seminarium clericorum excipiuntur, et qui studiis litterarum laudabilem profectum retulerunt, morumque irreprehensibilibus testimonium exhibuerunt. Incumbunt vero studiis in scholis publicis c.r. gymnassii una cum aliis discipulis extraneis, et hunc ob finem quidem extra clausuram progrediuntur ad scholam, quae tamen intra aedes seminarii sita est, quo pacto etiam [k. 10] conversatio cum extraneis seu secularibus discipulis, quantum possibile evitatur.

Theologi exclusive disciplinis theologicis vacant, quem in finem Institutum Theologicum Dioecesanum in seminario existit, ubi omnes disciplinae theologiae, eodem ambitu, ordine et profunda expositione ac in universitatibus Imperii Austriaci, demtis linguis orientalibus, traduntur a sex professoribus, hunc in finem strictum et exactum examen super eruditione et qualitatibus didacticis subeuntibus, et ab episcopo approbatis.

Professores pro singulis s. theologiae materiis hunc in modum assignantur.

a) unus pro studio biblioco Veteris Foederis et archeologia biblica et introductione in Vetus Foedus,

b) Unus pro studio biblioco Novi Testamenti et hermeneutica biblica, introductione in Novum Foedus,

c) Unus pro dogmatica generali (theologica fundamentalis) et speciali,

d) Unus pro historia ecclesiastica et simul pro iure canonico,

e) Unus pro theologia morali,

f) Unus pro theologia pastorali et homiletica.

His accedit catechetica e scholis elementaribus, qui theologis in quarto anno

rafielnego — wizytacji biskupa diecezjalnego. Zob. W.M. Plöchl: *Geschichte des Kirchenrechts*, Bd 3, Wien 1959, s. 338.

¹⁸ Klasztor PP. Klarysek w Starym Sączu, zob. dok. nr 1 przyp. 12.

¹⁹ Opactwo św. Wojciecha PP. Benedyktynek w Staniątkach, zob. dok. nr 1 przyp. 14.

artem catecheticam, nec non methodicam circa elementarem institutionem in rudimentis fidei et literarum studio tradit.

Sequentes autem disciplinae theologicae atque sequenti ordine cursu theologicō ad 4 annos restricto traduntur:

In primo anno: theologia fundamentalis (dogmatica generalis), studium biblicum Veteris Foederis cum archeologia biblica Veteris Foederis, ergo introductio ad libros sacros Veteris Foederis, [k. 10'] interpretatio sacrae scripturae Veteris Foederis, potissimum secundum versionem Vulgatam²⁰, sed etiam in parte e textu originali hebraico.

In secundo anno dogmatica specialis et studium biblicum Novi Testamenti, ergo introductio in sacros libros Novi Foederis, hermeneutica biblica, et haec iterum non systematicae ast practice occasionaliter in interpretatione sacrae scripturae exponitur? interpretatio sacrae scripturae Novi Foederis secundum textum versionis Vulgatae, sed etiam e textu originali graeco.

In tertio anno: theologia moralis et historia ecclesiastica.

In quarto anno: theologia pastoralis, homiletica, ius canonicum, ars catechetica et methodica.

In his disciplinis theologicis omnibus, omnes et singuli theologi statum sacerdotalem anhelantes erudiuntur, omnes etiam ad presbyteratum tendunt. Quapropter iam ad subdiaconatum nemo admittitur, nisi cursu praefato transacto in memoratis scientiis saltem bonum progressum retulerit; quem in finem theologis et professoribus sacrae theologiae testimonia scholastica exhibentur. quorum auctoritas publica est, atque in universitatibus quoque valore suo fruuntur.

Praeterea omni die habdomadis alumni quarti anni theologiae in ritibus sacris et casibus practicis solvendis exercentur, hi insuper in seminario praedicationis periculum faciunt coram praepositis et omnibus alumnis congregatis.

4. An cathedrali et aliis locis ecclesiae diebus festis intersunt? Quolibet die festivo et Domini omnes alumni seminarii cultui divino in ecclesia cathedrali intersunt, atque ad altare celebranti inserviunt, quotidie sacrae missae sacrificio in capella seminarii domestica, praemissa a spirituali patre pia auditione intersunt. Mense majo devotionem ad honorem B.V. Mariae tempore vespertino peragunt.

Fine disciplinae in seminario exacte custodienda rectoratus, ibidem constitutus, officio suo fungitur

Superiores in seminario dioecesano sunt: rector unus e canonicis cathedralibus, vicerector [k. 11], pater spiritualis et duo studiorum praefecti. Hi duo ultimi e iuniore clero deprompti, immediate statutorum seminarii observationem, tum domi, tum extra domum invigilant, professores aliquando morbo et alia iusta causa impeditos supplent, et difficiliores partes scientiarum theologicarum cum auditoribus s. theologiae correpetunt.

5. An cum consilio duorum canonicorum seminarium a se electorum necessaria pro recto regimine statuerit? Negotia circa regimen et administrationem seminarii pertractantur ab ordinario loci adscitis duabus canonicis gremialibus consultantibus.

6. An illud aliquando visitet et operam det, ut constitutiones adimpleantur? Ut autem omnia ad amusim adimpleantur sive institutionem literariam, sive educationem spiritualem attineant, immediate ordinarius loci vigili oculo excubias agit et varia opportuna occasione, praecipue examinum literariorum et quo-

²⁰ Wulgata — łacińskie tłumaczenie Pisma św. dokonane przez św. Hieronima, polecił je Sobór Trydencki jako tekst autentyczny Pisma sw.

ties necessitas iubet. seminarium visitat. Qui pro tempore feriarum e seminario dimituntur alumni, his transactis ad seminarium revertentes, testimonium super moribus a parochis respectivis adferre iubentur.

7. An statuta sit taxa ad Concilii Tridentini eademque exigatur, et an aliqui sint morosi in eius solutonie? Taxa susceptionis nulla ab alumnis persolvitur, sed seminarium sustentatur e fundo religionis, et alumnaticum (§ 1 nr 9). Ratiō administrationis c.r. gubernio provinciae anteponitur.

§ 7. Quoad ecclesias, confraternitates et alia loca pia

In hoc capite exponit̄ur: 1. An in sacristiis omnium et singulorum ecclesiarum exposita sit tabella onerum missarum et anniversariorum ad tramites decretorum s.m. Urbani VIII²¹ et an eis punctualiter satisfactum sit?

Quemadmodum infrasignato e visitatione canonica, quovis anno suscepta, et relationibus decanorum modo delegato ecclesias sui decanatus quolibet anno visitantium, innotuit, in omnibus et singulis ecclesiis, respective earum sacristiis invenitur appensa missarum fundatarum, anniversariorum et aliorum onerum sub vitro tabella omnes obligationes piis fundationibus inhaerentes exacte adimplentur, et numquam a patrono [k. 11'], vel alio quovis cuius interest querela propter earum neglectum movebatur.

2. An in confraternitatibus, scholis, aliisque locis piis punctualiter executioni mandentur pia opera a testatoribus iniuncta?

Scholae tam elementares, tam gymnasiales sub iurisdictione c.r. regiminis, sed etiam ecclesiastica quoad religionem versantur; hunc in finem quoad scholas elementares, primum in loco parochiae inspectionem gerit parochus respectivus, dein in quolibet decanatu inspector scholarum potissimum decanus loci foraneus constituitur, quibus iterum omnibus preeest supremus scholarum inspector dioecesanus unus de canonicis, et de regula, qui scholasticī dignitate insignitur. Hic negotia scholastica in senatu episcopali communi consilio et iudicio anteponit, et apud c.r. regimen de necessariis intervenit.

3. An quilibet anno sibi facerit reddi rationes ab horum locorum administrationibus? Confraternitates religiosae recentiori tempore reviscentes fundationibus et peculio proprio hucusque carent, et si quibusdam rebus ad devotionem necessariis, uti imaginibus, statuis, libr̄is, luminarib⁹ etc. indigeant, id ope liberarum oblationum et piarum collectionum exequuntur. Deo autem favente et benedicente sperandum est, fore ut confraternitates hae ad recentem vitam vocatae proprium peculium acquirant. cuius administratio ad normam praescriptorum ecclesiasticorum instituetur. Memorare hic quoque meretur societas sobrietatis, et temperantiae iam ab anno 1845 introducta²², cuius incrementum cum summo mei gaudio quotidie cernitur, in quibusdam oppidis et parochiis rure sitis societas sobrietatis adeo firmas radices posuit, ut nec unicus ibidem inveniatur, qui cremato (aquavita), quam maximum periculum ebrietatis his in locis causanti, utatur. Ibidem iudices seu praepositi communitatum nonnisi ii a communitate eliguntur, qui niter membra societatis sobrietatis et temperantiae adsciti sunt. Praeterea societas presbyterorum pro felici morte consequenda

²¹ Zagadnieniem stypendiów mszałnych, anniversarzy itp. zajął się pap. Urban XIII w ostro sformułowanym dekrecie z 1625 r.

²² Towarzystwo Wstrzemięźliwości zaprowadził w diecezji tarnowskiej w 1844 r biskup J.G. Wojtarowicz i zapewnił mu niebywaty rozwój w latach swego pontyfikatu. Zob. J. Czechowska: Towarzystwo Wstrzemięźliwości w diecezji tarnowskiej za rządów biskupa J. Wojtarowicza (1844–1850) Lublin 1975 (Maszynopis w Archiwum Wydz. Teol. KUL).

sub patriocinio S. Joseph me movente ad vitam vocata. Domus pauperum penes plurimas ecclesias parochiales cum antiquis fundationibus existunt [k. 12], quarum administratio parochis locorum cum communitate sub inspectione c.r. regiminis et ordinarii peragitur; ratio calculi omni anno c.r. regimini exhibetur.

Tarnoviae extitit amplioris ambitus domus infirmorum et pauperum sub directione commissionis pauperum, in qua munere et officio praesidentis infrasignatus fungitur, hinc etiam peculiari cura et sollicitudine domum hanc amplectitur; dein orphanotrophium puellarum sub auspiciis Serenissimae Principissae Elisabethae de Sanguszko²³, ubi circa 40 proles prorsus parentibus orbatae aut expositae sustentantur. Domus hanc data accosione opportuna, praesertim examinis bis per annum suscepti, visitare solet.

4. An montem pietatis, sive charitatis visitaverit, an idem habeat redditus, qui superabundent sustentationi ministrorum, aliisque necessariis expensis, et in quas causas redditus illi erogentur, et si quid exigatur ab illis, qui pecuniam, frumentum si agatur de monte frumentario, ab eo recipiunt?

Mons pietatis Tarnoviae, ut supra § 1 nr 11 dictum est, in incunabulis adhuc versatur. In pagis existunt frumentaria, e quibus tempore inopiae mensibus vernalibus pauperes sub conditione compensationis sublevantur. Haec autem frumentaria ab aliquot annis introducta exclusive sub iurisdictione magistratum civilium versantur.

5. An infirmorum hospitalia visitaverit, reddituum rationes ab administratoribus exigerit et an infirmis necessaria, quoad salutem animae et corporis, in eis subministrentur?

Domus has visitando officii mei duco inspiciendi, ut corporibus, sed etiam spiritualibus indigentibus pauperum et miserorum debite providentur. In nosocomio Tarnoviae clerus parochialis Tarnoviensis curam spiritualium exercet; in orphanotrophio unus vicariorum cathedralis ecclesiae cathecheta officia adimpler.

§ 8. Quoad populum

Hoc capite exponitur: 1. Quinam sint populi mores et an in pietate proficiat? [k. 12'] Mores populi in dioecesi Tarnoviensi generatim dicendo sunt boni, is nimirum in pietate et amore Dei perseverat, veneratione erga antistites ecclesiasticos et generatim erga clerum magnopere animatur, cultum divinum solerter frequentat, ad s. sacramentum poenitentiae et Sanctissimam Eucharistiam crebro accedit, praesertim tempore ieuniorum et indulgentiarum penes singulas ecclesias vigentium, et et impertiri solitarum. Desuper praestant relationes quovis anno respectivi curati ecclesiarum.

Invenitur etiam in quibusdam locis maior ruditas, aut ad ebrietatem proclivitas, hinc inde incendiarii ad litora Vistulae, furesque occurrunt, quae autem turpia vitia assiduo labore cleri parochialis quotidie extirpentur. Praecipue vero ebrietas ope sodalitatis temperantiae mirum in modum eliminatur. Ad societatis huius fomitem custodiendum, et ne clerum in hoc pio labore unquam disistat, quolibet anno specialis relatio super progressu huius societatis ab ordinariatu exponscitur.

2. An aliquis irrepsert abusus, aut prava quaedam in eodem inoluerit consuetudo, quae indigent consilio et Sedis Apostolicae adiutorio? Graviores latiusque serpentes abusus, aut pravae consuetudines ob perpetuam et assuduam vigilantium ordinariatus et cleri ruralis enasci non poterant, quodsi autem supra

²³ Elżbieta księżna Sanguszka, żona Władysława Hieronima Sanguszki (1803–1870).

memorata vitia non obstante continuo labore et medio populi non ubique extirpari contigerit, causa vel maxime in diffusa ubique per urbes, oppida et pagos gente hebraica reponenda est. Iudei quippe in urbibus mercaturaе dediti, rure autem cauponarum et divisoriorum conductores, turpis lucri gratia, populum ad frangendum votum sobrietatis et temperantiae, ad sobrietatem huicque comitantem perversitatem efficaciter seducunt, insuper fraudi deservientes, res furto ablatas vili pretio coemunt, et furibus abominabile vitium hocce impune exercendi incitamentum praebent.

§ 9. Postulata

His propositis infrasignatus quaëdam adhuc adducendi necessarium dicit, auxiliumque Sanctissimi Patris implorat [k. 13].

Postulat — A. Circa examinatores prosynodales. In examine promovendorum ad beneficia ecclesiastica curata sacerdotum, hucusque observari ordinem ab antecessoribus meis custoditum, et ex parte vigore legum civilium introductum. Olim etiam dispensationem ab eiusmodi examine gubernium provinciae imperiebat, quod autem recenti tempore iam ablatum est.

Recuperatis iam recenter libertatibus ecclesiasticis, vehementer a Sanctissima Sede Apostolica efflagito authorizationi.

a) Ad mentem S. Synodi Tridentini Sess. XXIV cap. 18 de reform. examinatores modumque candidatorum examinandorum introducendi.

b) Sed simul partem diuturnae consuetudinis hucusque observari solitae retinendi, ut examen quod scientiam bis per annum statuto tempore institui queat, atque a candidato bono cum successu superatum 6 annorum spatio validum sit.

c) Facultates quosdam sacerdotes quoad eruditionem, pietatem et in exercenda cura animarum dexteritatem, probatos ab eiusmodi examine subeundo liberandi.

Has facultates ad normam, prouti Excellentissimus ac Reverendissimus Metropolita rit. lat. Leopoliensis litteris apostolicis de 16 aprilis 1861 easdem pro 10 annis obtinuerat²⁴, et infrascriptus in humilitate exorat.

B. In dioecesi Tarnoviensi adsunt in circulo Sandecensi 26 parochiae rit. graeci cum numero animarum 27 214, curae pastorali episcopi Premysliensis rit. graec. subiectae. Haud raro contigit, ut ex causa vicinia baptismus, obversante vera aut quasi necessitate prolibus parentum graeci ritus a latinis parochis, et vicissim prolibus parentum ritus latini a parochis graeci ritus conferatur; quandoque ipsi parentes aut patrini propter commoditatem, viciniorem etsi non proprium ritus adeant parochum, quem autem infantem parochi graeci ritus sacro fonte abluunt [k. 13'] eundem iam suo ritui vindicant, exinde postmodum discordiae, rixae inter parochos et molestiae circa sacras functiones, ubi intercessio parochi propriae exposcitur v.g. in assitentia matrimoniorum, sepultura etc. exoriuntur²⁵.

Ecquidem nuperrime cognovi metropolitas Leopolitanas latini et graeci ritus hanc ob causam apud Sanctam Sedem Apostolicam necessaria mandata efflagi-

²⁴ Franciszek Ksawery Wierzchlejski biskup przemyski (1846—1860), następnie arcybiskup metropolita lwowski ob.tac. (1860—1884). Grzegorz Jachimowicz biskup przemyski ob.gr.kat. (1848—1860), następnie arcybiskup metropolita lwowski ob.gr.kat. (1860—1863).

²⁵ Jest to jedna z bardzo niewielu informacji na temat „kradzieży dusz” na Lemkowszczyźnie w rejonie Nowego Sącza.

tasse²⁶. Quin autem in hoc negotio praeiudicare velim, id tamen iustum videri existimo. baptismi administrationem in casu necessitatis, aut ex sola patrinorum commoditate a parocho alias ritus peractam non decidere debere de ritu, cui neobaptizatus adhaereat oportet; nam et ipsi parentes e.g. ritus latini, si in viciniori ecclesia ritus graeci et ritu graeco prolem suam baptizari faciant, id tamen ex consilio non faciunt, et proles haec graeco ritui adhaereant, tanto minus axioma praefatum admitti potest, si per dolum et fallaciam et ut numerus parochianorum augeatur, baptizmus eiusmodi insciis et contradicentibus parochis, alio ritu peractus fuerit.

Recenti tempore ad clerum ritus latini in parochias cum Ruthenii graeci ritus contiguis consistentem instructiones de modo se gerendi in his casibus emissae sunt. et ab hoc tempore quidem nullae querelae amplius moventur, verum ut in posterum in ipso fonte ansa ad easdem denuo concitandas auferatur, pro hoc negotio normam a Sancta Apostolica Sede exoro.

C. Novissimo tempore arduas difficultates mihi causarunt famuli christiani contra fas apud Iudeeos servitio se mancipantes. Usque ad annum 1861 etiam legibus civilibus in Austriae regnis vetitum erat christianis servitium apud Iudeeos suscipiendi: quum vero lex haec anno memorato vi sua in posterum destitueretur, tanto alacrius christiani famulitum apud Iudeeos suspicere non formidant, quippe quum parochi nullum adiutorium, quia nullam executionem legum ecclesiasticarum a magistratibus civilibus praestare possunt. Recentissimo insuper tempore Habraei, duntaxat quoad iura civilia emancipati, bona terrestria acquirentes et possidentes, atque agriculturae in maioribus praediis dediti, famulis christianis indigentes (famuli enim pro hoc servitio [k. 14] ex Iudeorum progenie vix depromi possunt), gens enim haec mercatura et similibus occupationibus detenta, laborem duriorem sustinere difficulter potest, apud me supplices comparent, quatenus a legibus ecclesiasticis (De Iudeis et Saracenis. titul. VI 1, 5 — Decretales Gregorii IX) dispensando, eis licentia concedatur, famulos pro agris colendis e christianorum coetu desumendi. Et sane consulius esse videtur, ut christiani famuli cum licentia apud Iudeeos famulitio mancipari possint, in quo casu iisdem speciali curae pastorali parochi respectivi subiicerentur, et conditio apponenteretur, ne cum Iudeis in una domo cohabitant, quam ut proprio marte et monitiones suorum pastorum vilipendendo, mercedinis maioris cupidine ducti apud Iudeeos servitium capiant, quod etiam solius disciplinae ecclesiasticae vigore evitari prorsus haud potest. Experientia enim comprobatum est, crebro vetitum ecclesiasticum et pastorum christianorum severiores observationes posthaberi. Quapropter consilium et mandatum Sanctissimae Sedis Apostolicae efflagito, num sub certis conditionibus, ne nimirum famulorum christianorum apud Iudeeos servientium fides et religio ullenus detrimentum patiatur, licentiam dare queam fidelibus christianis, tali servitio, sive agriculturae exercendae, nec non ad famulatum domesticum apud Iudeos se mancipandi.

D. Circa quaedam parochiales ecclesias tanta copia missarum fundatarum accurrit, ut vis iisdem persolvendis rectores ecclesiarum pares sint. In quibusdam ecclesiis documenta fundationum antiquiorum, nec non proventus earundem, temporum iniuria interierunt, praesertim quum ad finem saeculi lapsi permulta bona ecclasiastica, quibus missae fundatae inhaerebant, venderentur,

²⁶ Concordia — umowa zawarta w Rzymie między episkopatem galicyjskim obłac. i gr.kat., potwierdzona przez pap. Piusa IX (6 X 1863), normowała wzajemne stosunki w duszpasterstwie między obydwoma obrządkami na terenie Galicji.

e quorum pretio fundus religionis pro provincia erectus est. Missae quidem superstites inter sacerdotes in cura animarum applicatos, qui e fundo religionis salarium percipiunt, persolvendae distribuntur, quin vero, habita ratione ad magnum earum numerum et exiguum solutionem quarumdam ecclesiarum, quibus e fundo religionis succurritur, et [k. 14'] quorum rectoribus in suscipiendis annualibus stipendiis ad sustentationem necessariis obsacula faciunt, omnium harum missarum quondam fundatarum persolutio procurari valeat. Quapropter inter has et similes circumstantias facultatem a Sanctissima Sede exoro numerum harum missarum ad pauciores reducendi.

Haec ergo sunt, quae de Dioecesis Tarnoviensis, eius ecclesiarum, institutorum piorum etc. statu et indigentiis proponere necessarium duxi; haecque ita exposita clementi ac benigno iudicio Sanctissimi Patris subiicio, protinusque convenientia mandata atque consilia efflagito, quibus, veluti ex matrice emanatis, innixus, tanto alacrius gregi sollicitudini meae concredito totidem spiracula vitae instillare salutisque ac pietatis incrementa praebere valeam.

Antequam autem hisce litteris finem imponam, sine Beatissime Pater. ut ex intimo corde mea piissima devotissimaque venerationis et obsequii sensa erga Cathedram S. Petri, et qui eandem Summus Pastor, Pater orbis catholici, Vicarius Christi visibilis. Successor S. Petri gloriose tenens, exprimere valeam. Sane nil cordi et animo meo actius infixum nilque antiquis est, quam ut omnium ecclesiarum Antistites eadem fide eademque virtute animatos eidem S. Petrae firmissime unitas cernerem, in quo etiam, vivificanti gratia Spiritus Sancti, vel maximum robur et invicta virtus residet, et cuius ope omnes iniqui quorumvis hostium ausus et confractus refelluntur. Hinc quod S. Ignatius Martyr (Ephes. c. 4) de presbyteris ait: „Nam memorabile vestrum presbyterium dignum Deo. ita cooptatum est episcopo, ut chordae cytharae”, id de gremio episcoporum totius orbis catholici [k. 15] intelligere vehementerque exoptare cogor, ut nimirum episcoporum coetus ita cathedrae S. Petri sit adaptatus ut chordae cytharae.

Haec autem mea flagrantia desideria ac vota ad sebellum throni Sanctissimi Patris collocans, ferventes simul preces ad Dominum nostrum Jesum Christum dirigo, quatenus eandem cathedram S. Petri eiusque Supremum Antistitem, hisce temporibus tantis tribulationibus et aerumnis oppressum, salvum et in columem servare, eique etiam pristinum splendorem dominationis terrestris, ad exercenda iura primatialia tantopere necessariae, atque nuperrime iniquissimis hostium aggressionibus violatae, restituere digneretur. Tandem ad pedes Tuos, Sanctissime Pater, prostratus, pro me, pro universo clero saeculari et regulari, populoque fili totius dioecesis Tarnoviensis benedictionem apostolicam efflagito. Beatitudinis Vestrae devotissimus et obedientissimus filius Josephus Aloysius Pukalski episcopus Tarnoviensis²⁷. Tarnoviae 1 Julii 1863.

Nr 13

Kongregacja Soboru do biskupa Pukalskiego.

Rzym, 15 I 1864

W odpowiedzi na złożoną relację o stanie diecezji tarnowskiej Kongregacja Soboru wyraża uznanie biskupowi Pukalskiemu dla jego pracy duszpasterskiej, poleca

²⁷ Józef Alojzy Pukalski proboszcz w Wilamowicach, a następnie w Żywcu, kanonik kapituły tarnowskiej (1851–1852), biskup tarnowski (1852–1885).

mu wszczęć starania o powiększenie liczby kanoników katedralnych, zwłaszcza o erygowanie prebendy teologa i kaznodziejskiej w kapitule, oraz by kapitula otrzymała odpowiednie statuty i konstytucje. Nadto poleca biskupowi zorganizowanie specjalnej opieki nad kościołami drewnianymi w diecezji, liczniejszych montes pietatis, zaś przy wizycacji diecezji korzystać z pomocy wikariusza generalnego i kapituły katedralnej. Kongregacja poleca biskupowi odbycie synodu diecezjalnego, zatroszczyć się, by proboszczowie aplikowali mszę św. za parafian również w święta zniesione, wznowić kongregacje dekanalne kleru. Zapytuje też, czy w diecezji istnieje komisja deputatów kapituły katedralnej, której zadanie polega na kontroli spraw ekonomicznych seminarium duchownego.

Or. nie znany.

Konc. Archivum S. Conreg. Concilii, Rzym. Relationes dioecesum: Tarnoviensis 1863, k. 1—9, papier.

Perillustri episcopo Tarnoviensi¹ — — Literas ab Amplitudine Tua die 1 Julii elapsi anni de Tarnoviensis ecclesiae statu datas, accepit haec S. Congregatio Tridentini Iuris Interpretum² ac vindex una cum documentis ibidem insertis, easdemque³ exceptas habuit pro quardienniis mensis (sic), hoc non excepto, quod modo volvitur et exitum habebit die 20 Decembris 1865. Porro Eminentissimi Patres summopere in Domino laetati sunt de pastoralis Tui regimini ratione [k. 1'], qua uteris, ut res istic sacra recto ordine procedat, et oves Tuae fidei concredita salutaribus nostrae religionis pabulis enutritae, in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiduciae ad aeternae vitae beatitudinem comparandam omni ope contendant. Quapropter animum Tibi faciunt, ut qua alacritate hactenus onus humeris angelicis formidandum pertulisti continuo perferre satagas (quod ultra iam [k. 2] facis), donec immarcescibilem gloriae coronam strenuis christiani gregis ductoribus a Christo paratam consequaris.

Haec habe generatim, namque ad peculiaria descendens tuumque hactenus ordinem, ea, quae singulatum ad aliquas res rescribi iusserunt Eminentissimi Patres Amplitudim Tuae significanda suscipis.

Parvus est nimis canoniconum de gremio [k. 2'] numerus, qui chorali officio in cathedrali persolvendo sunt addicti; atque vide, an impetrari queat, ut ex pia religiosissimi vestri imperatoris⁴ liberalitate adaugetur. Elaborandum insuper est, ut duae praebendae officii theologalis et poenitentiarii iuxta legem Concilii Tridentini (Sess. V cap. 1 de reform. et sess. XXIV cap. 8 de reform.) stabiliter ac perpetuo destinentur; interim vero [k. 3] eorum defectui ea ratione, quae nunc istic in usu est, consulere pergas. Denique illud omnino non omittendum, ut canonicī iuxta decretum Concilii Romani (Tit. 2 cap. 4 ac 5) anni 1725 (quae capita ad omnia catholici orbis capitula Benedictus XIII extendit)⁵ sua sibi peculiaria statuta scripto confiant, Tibique examinanda repraesentent. [k. 3'] Qua de re congruum iisdem tempus prae finias, quo opus hoc iuxta sacros canones praesentem Ecclesiae disciplinam et laudabiles loci consuetudines accurate ac sedulo absolvant.

Quod materiali aedium sacrorum statu providere studeas, maxime gratum est intelligere, Praesertim vero de iis, quos de ligno fabrefactos esse nuncias, summopere

¹ Józef Alojzy Pukalski biskup tarnowski, zob. dok. nr 12 przyp. 27.

² Kongregacja Soboru, zob. dok. nr 4 przyp. 1.

³ W tekście konceptu na marginesie dodano: Nb. Documenti annesi non sono richiamati affatto sulla relazione ed in massima parte sono in lingua tedesca, quelli territi in latino non son tali da essigere veruna speciale avvertanza sullo riposto.

⁴ Franciszek Józef I cesarz Austrii (1848—1916).

⁵ Zob. dok. nr 11 przyp. 12.

[k. 4] praecavendum est, ut continua custodia servantur, ne quid forte inopinum malum iisdem accidat.

Quod scribis nullum claustrum regularem privilegio exemptionis frui, ita accipiunt Eminentissimi Patres, ut apostolicae ea de re constitutiones sartae tectaeque sint.

Speciale laudis elogium Aplitudinis Tuae obvenit ob curas felici exitu adhibitas, ut mons pietatis pro urbe Tarnoviensi [k. 4'] eusque vicinia erigeretur. Utinam huiusmodi saluberrima instituta erigere contigat in aliis oppidis, in iisque praesertim, ubi Iudei frequentiores sunt, et pauperculam gentem, ceu saepissime fit, foeneratiliis laqueis misere praefocant.

Quod diocesim sacra visitatione perlustrandae Tibi curae fit, mirifice gaudet Sacra Congregatio, quod si ob nimiam latitudinem [k. 5] non licet adamussim Tridentinam legem adimplere, utere opera Tui vicarii generalis, aliorumque de clero hominum a Te dirigendorum. Neque vero consilium dimittas dioecesanae synodi solemniter congregandae iuxta praescriptum Concilii Tridentini⁶, et monita Sanctissimi Domini Nostri⁷ identidem in suis publicis actibus episcopis praebita. Interim vero supplendum [k. 5'] curas iis rationibus, quas tradit Benedictus XIV de synodo dioecesana (Lib. I cap. 2 nr 5)⁸, ac praesertim spiritualibus exercitiis, ad quae omnes de clero viros, nominatim parochos et confessarios, quotannis per orbem convocare tantopere procederit.

Circa taxam cancellariae non pauci ex toto catholico orbe antistites Innocentianam taxam⁹ servare se non posse perpendentes [k. 6], ad maiorem animi sui tranquillitatem huic Sacrae Congregationi eandem expendendam et comprobandum in omnes dies deferunt, quod exemplum Aplitudini Tuae sequi integrum erit.

Non est ambigendum, quin animarum curatores missam pro populo applicent iis etiam diebus, quos apostolica indulgentia e festorum albo delevit, ita enim statutum est iuxta encyclicas litteras Sanctissimi Domini Nostri [k. 6'] diei 3 maji 1858, incipientes Amantissimi¹⁰.

Optandum vehementer esset, ut istic usus sacerdotalium de re morali ac liturgica conventus in tuo clero invehatur iuxta normam, ubique hodie receptam, quam tradit Concilium Romanum anni 1725, de qua vide Benedicti XIV institutiones Vet. 32 nec non 102 ac 103¹¹. Qua super re gratum [k. 7] facies Eminentissimis Patribus, si in proxima relatione renuncies, quem exitum Tua studia sortita fuerint. Itidem referre non gravabar, quot diebus spiritualia exercitia peragere soleant ii, qui ad maiores ordines initiandi sunt.

Cuperunt Eminentissimi Patres, ut distinctius referas an in seminario dioecesano alumni [k. 7'] a primis annis, quibus prima grammaticae rudimenta addiscunt, recipientur, Tuisque sub oculis ad vitam ecclesiastice ducendam informentur iuxta men-

⁶ Sobór Trydencki na XXIV posiedzeniu (cap. 2 de reform.) zobowiązał biskupów do corocznego odprawiania synodów diecezjalnych; im tez w dużej mierze należy przypisać wprowadzenie reformy trydenckiej w życie. Pap. Benedykt XIV (1740–1758) w głosnym dziele *De synodo dioecesane podał klasyczne normy, dotyczące odprawiania synodów diecezjalnych, ale tez stwierdzał, że praktyka kościelna nie nadążała w tym kierunku za wymogami przepisów kościelnych. Zob. W.M. Plöchl, dz.c., Bd 3, s. 268.*

⁷ Pap. Pius IX rządził Kościołem w latach 1846–1878.

⁸ Zob. przyp. 5.

⁹ Taxa Innocentiana, zob. dok. nr 9 przyp. 8.

¹⁰ Pap. Pius IX w dokumencie Amantissimi z 5 V 1858 r. zajął się zagadnieniem aplikacji przez rektorów kościółów parafialnych mszy św. za parafian w dni świąteczne i niedzielne.

¹¹ Wprowadzone przez św. Karola Boromeusza kongregacje dekanalne znalazły wydatne po-parcie ze strony synodu rzymskiego z r. 1725 oraz pap. Benedykta XIV. W Austrii zostały one zakazane w okresie szczytowej fazy józefinizmu i wznowione dopiero w połowie XIX w. Zob. W.M. Plöchl, dz.c., Bd 3, s. 294.

tem Patrum Tridentini Concilii. Itemque nosse cupiunt, num ibidem adsit deputatorum¹² consilium duobus a capitulo totidemque de clero conflatum, qui rei oeconomiae regendae moderandaeque invigilent.

Ad populi mores fidemque quod attinet gaudent Eminentissimi Patres, quod, Te admittente et vigilante, errores discutiuntur, [k. 8] et vitia expurgentur. Calamitosa certe fluant tempora, sed, accedente impensiori pastoris vigilantia ac studio, illud profecto concedat Pastorum princeps Christus Jesus, ut lupiterum insidiae irritae cedant, ovesque salutis portum, Te duce, ingrediantur. Ad hanc rem praeter ea, quae Tua Tibi pia solertia suggestit, [k. 8'] ea monita exequenda cures, quae Sanctissimus Dominus Noster episcopis praebuit in editis identidem suae vocis oraculis, ac praesertim in allocutionibus habitis occasione, qua B.M. Virginem sine labe conceptam solemniter declaravit, vel cum sanctos Martyres Japonenses in coelitum album faustissimo inseruit¹³.

[k. 9] Ad postulata ultimo loco venio, quorum primum ac quartum sub lit A. et D. seorsim de more pertractabit expedietque haec Sacra Congregatio, secundum sub litera B. ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide specialiter deputatam super negotiis ritus orientalis remisit¹⁴, tertium sub litera C. and Sacram Congregationem pro Universitate Studii Romani¹⁵ amandavit. Itaque ab iisdem congruam responsionem habebis,

Haec habui nomine [k. 9'] Sacrae Congregationis; ego vero singulatim impensus aestimationis meae sensus ex anima testatos velim. Amplitudini Tuae, cui fausta quaeque ac salutaria a Domino precor.

¹² W koncepcie następujący ustęp został skreślony: ratio istic usitata reddendi rationem penes viros a gubernio deputatos, impedimento fit, quominus ad norman eiusdem synodi institutum.

¹³ Zagadnienie obowiązków duszpasterskich biskupów poruszył pap. Pius IX w 1854 r. z okazji deklaracji dogmatu o Niepokalanym Poczęciu NMP i w 1862 r. przy kanonizacji Męczenników Japońskich.

¹⁴ Kongregację Rozkrewiania Wiary powołał do życia pap. Grzegorz. XV konstytucją apostolską Inscrutabili z dnia 22 VI 1622 r. Pap. Paweł VI nadal jej nazwę dzisiejszą: Kongregacja Ewangelizacji Narodów (1967).

¹⁵ Pap. Sykstus V konstytucją apostolską Immensa z 22 I 1588 r. utworzył m.in. Kongregację Uniwersytetów i Studiów Rzymskich; dzisiaj nosi ona nazwę Kongregacja do Spraw Wychowania Chrześcijańskiego (1967).